Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Multiplica sup nos misericordiam tuam ut te
rrore te duce sic transeamus per bona tempo
ralia ut non amittamus eterna. Per Petri. a.
Fratres. Humiliamini subpotenti ma
nu dei ut uos exaltet in tempore
uisitationis. Omnem sollicitudinem uram
iacientes in eum quoniam ipsi cura est de uo
bis. Sobrii estote et uigilate quia aduer
sarius uester diabolus tamquam leo rugiens
circuit querens quem deuoret. Cui resi
stite fortes in fide scientes eandem passi
onem que in mundo est uestre fraternitati fieri.
Deus autem omnis gratie qui uocauit uos
in eternam suam gloriam in xpo ihu modi
cum passos ipse perficiet confirmabit
solidabitque. Ipsi gloria et imperium in
secula seculorum amen. G. Iacta cogitatum
tuum in domino et ipse te
nutriet. V. Dum
clamarem ad dominum et exaudiuit
uocem meam abhis qui ap
propinquant mihi
Alleluia. V. Diligam te domine
uirtus
mea dominus firmamentum meum et refugium
meum. Secdm lucam.
Illo. Erant appropinquantes ad
ihm publicani et peccatores ut audirent
illum. Et murmurabant scribe et pha
risei dicentes. Quia hic peccatores re
cipit et manducat cum eis. Et ait
ad illos parabolam istam dicens. Quis
homo ex uobis homo qui habet centum oues.
Et si perdiderit unam ex illis nonne di
mittit nonaginta nouem in deserto
et uadit ad illam que perierat donec inue
niat illam. Et cum inuenerit eam imo
ponit in humeros suos gaudens. Et
ueniens domum conuocat amicos iu
cundos dicens illis. Congratulamini mihi
quia inueni ouem meam que perierat.
Dico uobis quod ita gaudium erit in
celo super uno peccatore penitentiam age
te. quam super nonaginta nouem iustis
qui non indigent penitentia. Aut que
mulier habens dragmas decem. Si
perdiderit dragmam unam nonne ac
cendit lucernam et everrit domum
et quirit diligenter donec inueniat.
Et cum inuenerit conuocat amicas
et uicinas dicens. Congratulamini
mihi quia inueni dragmam quam
perdideram. Ita dico uobis gaudium
erit coram angelis dei super uno pec
catore penitentiam agente. Offs. Pe
rfecit iustitiam omnes qui nouerunt nomen
tuum domine quoniam non de
relinquis quirentes te psalle tu domine
mihi no qui habitat in
on quoniam non est oblitus oratio
nem pauperum. Scr. Respice ine
munera supplicantis ecclesie et salu
ti credentium perpetua sanctificatione
sumenda concede. Per co. Ego clama
ui quoniam exaudisti me deus inclina